UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXCVII. Herzog Otto zu Lüneburg befreiet das Kloster Marienthal von der Zollpflichtigkeit, zum Ersatz des diesem in seinem, gemeinschaftlich mit den Markgrafen Otto und Hermann von Brandenburg wider ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

nes Sparro, Reyneko de Wichow (Wulkow?), Heinricus de Oderberghe milites et quam plures alii fide digni, Actum et datum Everwalde, Anno domini Milleſimo trecenteſimo, die beate Gertrudis virginis.

Nach Beckmann, Anh. Hiſt. III., 203.

CCXCVII. Herzog Otto zu Lüneburg befreiet das Kloſter Marienthal von der Zollpflichtigkeit, zum Erſatz des dieſem in ſeinem, gemeinſchaftlich mit den Markgrafen Otto und Hermann von Brandenburg wider die Herzoge von Braunſchweig geführten Kriege, zugefügten Schadens, am 9. October 1300.

In nomine ſancte indiuidue trinitatis amen. Dei gracia Otto, dux de Luneborch, vniuerſis Chriſti fidelibus preſentibus et futuris ſalutem in domino ſempiternam. De rebus hominum geſtis conſulte conſcribuntur littere, ut ſi obliuio interuenerit, recolligatur ipſa ueritas ex ſcriptura. Notum igitur eſſe volumus vniuerſis, quod nos pro remedio anime noſtre, nec non pro dampno, quod intulimus eccleſie vallis ſancte Marie, ordinis cyſtercienſis, halberſtadenſis dyoceſis, ſiue in noua curia prope clauſtrum, ſiue in molendino fullonum ſeu ipſorum villis, aut eciam vbiubi, tempore expedicionis, quam habuimus cum Reuerendis patribus dominis Magdeburgenſi et Halberſtadenſi Episcopis ac Illuſtribus principibus, dominis Ottone et Hermanno Marchionibus de Brandenburch, auunculis noſtris, contra illuſtres principes patrueles noſtros, Henricum et Albertum, duces de bruneſwik, damus eidem eccleſie theloneum in Tſellis pro ipſius rebus tranſvehendis liberum et abſolutum perpetuis temporibus poſſidendum, Ita ſiquidem, ut nulli omnino hominum, qui noſtri vicem ibidem geſſerit, ad dandum huiusmodi theloneum, dicta eccleſia uel ipſius monachi uel conuerſi deinceps teneantur. Huius donacionis noſtre teſtes ſunt Milites noſtri Boldewinus de kneſbeke, Wernerus de Medingen, Rutgherus de Guſtede, Waſmodus de kneſbeke, Borchardus de krammis, Aſchwinus de Saldere, Geuehardus de Schvlenborch, Johannes de Gerſtebvtle, Gherardus de Odeme et alii quam plures fide digni. Vt autem hoc factum noſtrum perpetuis temporibus ſtabile perſeueret, preſens ſcriptum inde conſcribi fecimus et ſigilli noſtri munimine fideliter communiri. Datum apud Lvttere. Anno domini M°. CCC°., In die Dyoniſii martiris et ſociorum eius.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Originale. — Einen Abdruck dieſer Urkunde findet man auch in dem Cod. dipl. zu Moſer's Braunſch. Lüneb. Staats-Rechte, 439.

CCXCVIII. Nicolaus, Herr von Roſtock, verſchreibt ſich dem Könige Erich von Dänemark zum Beiſtande wider alle ſeine Widerſacher mit 50 Mann, wogegen dieſer jenem ſeinen Schutz verſpricht, wenn die Markgrafen Otto oder Konrad von Brandenburg, oder deren Kinder ſich dieſem widerſetzen oder ihn beſchädigen ſollten, am 21. Dezember 1300.

Anno MCCCI. feria V. ante Natiuitatis Domini forſcreff Nicolaus eller Claus aff Roſtock ſig til Kong Erich at bliſſue hos hannem, imod alle hans Modſtandere; hand